

7 To be read after *Latin for Reading* L.30

### The meeting with King Aetes of Colchis

Multis post diebus Argonautae denique ad litus Colchidos nave  
appulerunt. E nave egressi statim ad regem ipsum se contulerunt.  
Interrogavit ille unde profecti essent et quam ob rem ad terram suam  
progressi essent. "Requiris, o rex," responderunt, "cur ad haec litora  
navigaverimus et unde profecti simus. Adsumus, a rege Thessaliae missi,  
illud vellus aureum inventuri, quod olim a Phrixo ibidem relictum erat.  
Placetne tibi id nobis tradere?" Ira et avaritia commotus rex diu nihil  
respondit. Tandem quod Jasonem non sine auxilio deorum eo venisse  
intelligebat, mutato animo, se vellus aureum traditurum duobus  
difficillimis conditionibus pollicitus est.

#### Vocabulary

**appello, -pellere, -puli, -pulsum** to drive

**Colchis, Colchidos** Colchis (a country near the Black Sea)

**confero, -ferre, -tuli, -latum** to bring

**se conferre** to bring oneself, to go to

**denique** finally

**egredior egredi egressus sum** to step out

**ibidem** adv. in this same place

**intellego, -legere, -lexi, -lectum** perceive, understand

**navigo (1)** to sail, voyage

**navis, navis, f.** ship

**polliceor polliceri pollicitus sum** to promise

**proficiscor proficisci profectus sum** to set out, to start

**quam ob rem** because of what thing, why

**respondeo (2)** answer

**trado (3)** to hand over, give up, surrender

**vellus, -eris, n.** a fleece